

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

Noblitziana memoria Cuius Hinc

THEOGNIDIS,

PYTHAGO-

RÆ, PHOCYLIDIS, TYR-

TÆI, SOLONIS, ET ALIORVM

POEMATA GRAECA.

Seminarij S. Monastij

I T E M.

HOMERIPVGNA RANA

RVM ET MVRIVM, SINGVLA, VT

Lector eruditus, et candidus fatebitur,

accurratè, & perspicuè reddita

carmine Latino

A

M. HIERONYMO OSIO

Turingo P. L.

VITEBERGÆ EXCVDE

bat Laurentius Schuenck.

Anno 1563.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

NOBILIBVS, AC STRE
NVISE, ET DOCTRINA CLARISS: D.
Venceslao à Wresowitz, & in Byfsitz,
Consiliario Imperatoris Ferdinandi, &
Cubiculario Sereniss: Principis Ferdinan
di, Austriæ Archiducis &c: & Fratri hui
ius germano D. Sebastiano in
Tauthouitz & Kystra, D N.
& Patronis suis colendis
Hieronymus O
sius. S. D.



V. Æ sunt causæ præ
cipue, quare in literis
multos versari debere
sapientes existiment,
Agnitio videlicet ve
ri Dei, & felix Rerū
publicarum administratio, quarum postes
rior prioris finis rectè perhiberi potest:
Etenim ab initio propterea propicius De
us voluit genus humanum congregari, vt
inter sese alter alterum doceret de pietas
te, de veris officijs virtutum, de Creator
re & conseruatore hominum & omnium
rerum, de miserijs huius vitæ, de spe futu
ri seculi, alijsq; rebus ad eterne salutis poss
sessionem

lesionem cognitu necessarijs. Et hi exigui congressus postea creuerunt, vt maiores coetus in vrbib. coirent, donec ad Regnorum Imperiorumque constitutionem ventum est.

Hæ administrationes omnes à Deo idcirco ab initio institutæ sunt, et idcirco ab eiusdem beneuola nobis clementia seruântur, vt ipsi seruiant, vt in Iesaja de Ecclesia dicitur : Reges erunt tui nutritores.

Iam id manifestum est sine doctis & intelligentibus viris in mediocrib. Rebus publicis parum rectè administrari. Eò autem Magistratus fuerunt beatiore, diuturnioresque, quò, qui eos gererent, doctiores & peritiores essent, & quò plus in sapientiæ inuestigatione profecissent. Eorù demum consilia, eorùque conatus salutare fuerunt, si accessit diuina benedictio, sine qua nihil, etiam inter eos, qui palmã virtutù præstantiæ, aut sapientiæ sibi merito vindicarent, felix ex omni parte fuit.

Plurimum certè debent omnes Respublicæ bonis literis, quod quàm suauiter, quàm pulchrè, quàm elegãter Callimachus his versibus in Hymno in Apollinem scripto indicat :

αι δε κρημα, θυοεντα πεδω λειθουσιμ ελαια,
ου λιπορ απολλωνορ αποσαζουσιμ εθουραι
ελλ' αυτω πανακειαμ, ου ασει δ' ωκεμ εκφναι
πρωκερ εραζε πεσωσιμ ακηρια παντ' εγενοντο.

Affirmat de vertice Apollinis fra-
grantissimum balsamum stillare. Quibus
verbis ostendit, omnia ibi esse secunda, vbi
bonę artes coluntur, dominari leges, res
etè distribui honores, seruari æqualitatem
contractuum, retineri dominia rerum, am-
icitias et mutuas conuersationes, florere
pacem, quam oleæ significatione veteres
ornabant. Quid, quæso, hoc statu est iu-
cundius? erit certè omnium summum bon-
num, si modò id, quod summum bonum
est, adsit, videlicet vera agnitio & celebra-
tio diuini nominis. Tale fuit decus totius
orbis terrarum vrbs Ierosolyma, cuius gu-
bernator summus ipse Deus fuit.

Iam hoc fateamur, literarum quoque
studia esse necessaria, ad veram doctrinã
de Deo conseruandam, & quasi fasciolas,
quibus inuolutus est tenellus puer, noster
Redemptor. Quanta fuerūt instructi do-
ctrina Prophete, Sacerdotes et Apostoli?

Certè citius abolebuntur pietatis semina,

na, si Ecclesiæ doctores excolere sese disciplinis honestis desinent. Ita neque alios rectè erudire, neque ipsi rectè discere poterunt, nisi fontes inspiciant, quos in lingua Hebræa, Græca & Latina feruari diuinitus constat.

Semper verò & apud omnes gentes **P O E S I S** in honore fuit. Nihil enim est dulcius, quod vehementius animos hominum percellat, & quasi extra sese rapiat, quàm sonorum, elegans, argutum & castum carmen, quo vel diuinæ laudes recitantur, aut res gestæ heroum celebrantur, quod ipsum Musarum proprium est officium, vt verissimè à Theocrito in Charitibus scriptum est.

καὶ τὸτο Διὸς κέρας μέλα, αἰ ἐναοιδόεις,
ὕμνημα θανάτῃς, ὕμνημα ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν

Quantum Ethnica vetustas Homericæ poëmati tribuerit, notissimum est, præterea extat grauiſſimum iudicium Basilij de Poematibus Homeri & Hesiodi, πᾶσα μὲν ἡ ποίησις, inquit, τῶ ὁμήρῳ καὶ ἠσιόδῳ ἀρετὴ ὅτι ἔπαινον. Athenienses Poema Homeri annuatim populo recitari publicè curarunt. Pausanias autor est se in Helicone

opera Hesiodi in plumbo insculpta vidisse: ac Græci hunc Poetam soliti erant ediscere, quemadmodum nostri pueri certas preces ediscunt. Habuerunt etiam vel mediocres Poetæ suos Mœcenates ac Patronos omnibus temporibus in familijs summorum Principum, à quibus & in honore habiti fuerunt. Simonidem & Aeschylum Hieron Princeps Syracusarum magnificè. Anacreontem Teium Polycrates in delitijs habuit. Eurypides apud Archelaum Macedonem vixit et claruit. Antigonus Macedonum Rex Aratum Solensem coluit. Quanti Augustus Cæsar Virgilium fecerit, sermonibus & monumentis doctissimorum virorum celebratum est. Hæc eò commemorò, vt, quæ dignitas Poeseos omnibus seculis fuerit, ostendam. Etsi verò illis summis artificibus me nequaquam annuero, tamen inter eos me libenter refero, qui, quantum in hoc genere indefesso studio imitationis possunt, illud omne ad bonas & sanctas res carmine illustrandas conferunt. Res etissimè enim facere illi existimandi sunt, qui eo fine studia literarum colunt, vt sint
vsi

vsui & ornamento Ecclesie Christi, et re-
bus publicis : At contra deridendi & exe-
crandi potius, quam fouendi sunt, qui so-
lam delectationem et voluptates in literis
quærunt, aut ijs abutuntur, vt plerique
Poëtarum (de ijs, qui grauias & vtilia pos-
teris tradiderunt, non loquor) quorum
perniciosa potius, quam vtilis, cum iuuen-
tuti, tum alijs erit lectio.

Quare magis celebrabimus eos, qui sa-
cras odas scripserunt, vtilis pijs mētibus,
vt Nazianzenum, Nonnum, Apollina-
rem. Seommata, lusus lasciu, aut scurriles
infectationes ingenuos homines non dele-
ctant. Musæ, vt supra dictum est, casti-
tatem ac grauitatem amant, ac honestatē
à Poëtis requirunt: Spurcitiem & obles-
nitatem odio prosequuntur. Quamobrem
hoc dedi operam, vt mea Musa Deum so-
tem & autorem omnis sapientie celebra-
ret: eo consilio recens aliquorundam Græ-
corum Poëtarum scripta Latino carmine
accurratē reddidi, ac typis impressa pub-
licau. Quia verò veteribus Poëtis vsitatū
fuit ex ordinibus Principum deligere Pa-
tronos fautores, quorum autoritate Poe-
mata

mata commendarentur, secutus exemplū
illorum, quos imitandos sumpsi, v. Excel
lentiarum auspicio, Nobiles ac clarissimi
viri, hoc opus edere volui, quòd acerri
mum studium v. ex : in omnium artium
ac disciplinarum genere, eximius amor et
ga literas et earum Professores, grauissimū
iudicium de summis rebus, cum alijs vir
tutibus, quibus eminentis prorsus, vno om
nium ore, et eorum quidem maximè, quo
rum iudicia nos meritò admiramur, suspic
imus, ac sequimur, in inclyta gente Boie
mica prædicatur. Non dubito itaque,
quin et has meas lucubrationes ea sitis ac
cepturi voluntate, & clementia, qua bon
as artes omnes prosequimini.

Offero ergo V. excellentijs mearum
operarum opus qualecunque, mèque &
mea studia . V. ex: debita cum obseruan
tia reuerenter commendo, ac oro Deum
æternum Patrem Domini nostri Iesu
Christi, vt Vestras ex: clementer Spi
ritu suo sancto regat, tueat
tur, & conseruet.

A M E N.

CANDIDO LECTORI

R I S.

CUM præter alios autores Græcos, & Theognidis sententias ijs enarrarem adolescentibus, qui me priuato præceptore utuntur, & horum aliquos ad artem Poeticam procliuēs, ac idoneos esse uena ipsorum ostenderet: ut ad exercitia Poëtica meo eos exemplo eò magis incitarem, Theognidis, aliorumq; Græca Poëmata Latino carmine ita quidem uerti, ut & uerba, & sententias autorum, quãtũ omnino fieri potuit, disertè & perspicuè expresserim, ut non dubitem candidum, ac eruditum Lectorem fassurum esse, meam uersionem uel commentarij loco in hos scriptores esse posse.

Quanto uerò labore opus fuerit antè, quàm hoc præstare potuerim & propter obscuritatem sententiarum, & confusaneam earundem farraginem uerum sensum assequi, ac perspicuè reddere, lectores peritos artis Poëticæ, ac candore, & iudicio præditos iudices facio. Adeo autem suauēs, ac plenas doctrinæ sententias Theognis, Pythagoras, Phocylides, & reliqui tradiderunt, ut de eis iure dici illud Horatij posse uideatur: Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Hæc Poëmata cum ego, quo potui, Dei beneficio, carmine perspicuè reddiderim, spero hunc meum laborem adolescentibus literarum studiosis gratum, ac utilem fore. Vale candidè Lector, & meas has lucubratiunculas, qualescunq; boni consule.

imo uisus libere peruoluer HE=
et confuse. N. m. s. li

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

ΤΥΡΤÆΙ

ΕΚ ΤΩΝ ΤΥΡΤΑΙΟΥ, ΠΕΡΙ

πολεμικῆς ἀρετῆς.

Οὐτ' ἄμ μνησαίμεν, οὐτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα λιθύειν,
 οὔτε ποδῶν ἀρετῆς, οὔτε παλαιμοσάνης.
 οὔδ' εἰ κυκλώπῳ μὲν ἔχοι μέγεθος τε βίῳ τε,
 νικῶν δὲ δέωμ θεηίκιον βορέην.
 οὔδ' εἰ ἔδωνοιο φυλὴν χαριέσσοι εἶν,
 πλαστοίη δὲ μίδεω κελὶ κινύρασ πλείον,
 οὔδ' εἰ ταυταλίδεω πέλοπτο βασιλεύτο εἶν,
 γλώσσαν δ' ἀδρήστ μαθηχόγκρῳ ἔχοι.
 οὔδ' εἰ πᾶσῳ ἔχοι δόξαν, πλὴν δ᾽ ἐριδῶ ἀλκῆς.
 οὐ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίνεται ἐν πολέμῳ.
 εἰμύτε τλαίη μὲν ὄρωμ φόνον ἀιματοόγητα,
 κελὶ δὴκίω ὀρέγοιτ' ἐγγύδην ἰσάμεντο.
 ἦδ' ἀρετῆ, τὸ δ' ἀειδλομ ἐν ἀνθρώποισιμ ἄρισον,
 κάλλισον τε φέρεμ γίνεται ἐνδρὶ νέφ.
 ξυωδμ δ' ἐσλομ τῶτο πόλνίτε πᾶντι τε δῆμῳ,
 ὅσις ἐνὴρ διαβάς ἐν προμάχοισι μλν.
 νωλεμέως, ἀιχρᾶς δὲ φυγῆς ἐπὶ πάγχυ λάδιηται,
 ψυχλὴν κελὶ θυμὸν τλήμονα πρὸδέμεντο.
 δασάνη δὲ πεσῆμ τ' πλοσίον ἄνδρα πρῆσῶς,
 οὔτ' ἀνὴρ ἀγαθὸς γίνεται ἐν πολέμῳ.
 αἰψα δὲ δυσμενέωμ ἄνδρῶμ ἔτρηψε φάλαγγας
 τρηχείας, πωουδῆ τ' ἔχεθε κῆμα μάχης.
 αὐτὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσῶμ εἶλομ ὤλιος δυο
 ἀσύτε κελὶ λαὸν κελὶ πατέρ' εὐκλείσας, (μὸν,
 πολλὰ διὰ σέρνοιο κελὶ ἀπιδῶ ὀμφαλοέσσης,
 κελὶ διὰ δῶρη κ' προδῶν ἐλληλαμνῶ,

TYRTÆI DE VIRTUTE

militari.

Nec memor hunc referā dignū nec laude putarim,
 Ut ualeat cursu, lucta uirumq; probet.
 Ut molem referat uastam, uiresq; Cyclopum,
 Threiciū boream cursor & anteciat.
 Augeat ut plus huic Tithano gratia formam,
 Utq; Mydæ, aut Cyneræ ditior æquet opes.
 Tantalidæ Pelopi maiestas æquet ut illum,
 Adrastoq; parem lingua diserta probet.
 Deniq; laude uacet nulla: nisi & edere pugnas
 Audeat, hic armis utilis esse nequit.
 Sanguineas non sustineat, non cernere cedes,
 Nec propè stans hosti conserat ipse manus.
 Hæc uirtus, homines cui maxima præmia debent,
 Pulcrius hac iuueni re nihil esse potest.
 Vir commune bonum est toti cum ciuibus urbi,
 Martis opâs primo qui gerit acre loco.
 Bellandi nil mente fugam suadente labores,
 Qui pro laude mori promptus, & arma subit.
 His socium confirmat, ut & cadat ipse sub armis,
 Ille graues pugnas, ille uir aptus adit.
 Inq; fugam celerem hostiles agit ocyus alas,
 Sustinet & belli fluctibus acer agi.
 Vnde cadens inter primos animæ euomit auræ
 Hac solet urbs, ciues laude, paterq; frui.
 Sauciat huic pectus clypeum hasta secante rotundum,
 Thoracemq; acie iam penetrante quatit.

ΤΥΡΤΑΙ

τὸν δ' ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι, ἥ δὲ γέροντες,
 ἀργαλέω δὲ πόθῳ πᾶσα κέκηδε πόλις.
 καὶ πύμθε καὶ παῖδες ἐν ἀνθρώποις ἀρίσμοι,
 καὶ παῖδ' ὠμὸν παῖδες νεώ. γῆϋθ' ὄξοπίσω.
 οὐδέ ποτε κλέος ἐσθλὸν ἀπόλλυται, οὐδ' ὄνομ' αὐτῶ,
 ἀλλ' ὑπὸ γῆς πῆρ' ἐὼρ γίνεται ἀθάνατον.
 ὅρ' ὑπ' ἀρισεύοντα, μλίνοντά τε, μαρνάμενόν τε
 γῆς παρὶ καὶ παῖδ' ὠμὸν θούρηθ' ἄρης ὀλέσθ.
 εἰ δὲ φύγοι μὲν κῆρα τακηλεγέθ' ἰσνάτοιο,
 νικήσας δ' αἰχμῆς ἀγλαὸν ἔυχθ' ἔλοι,
 πάντες μὲν ἡμῶσιν ὁμῶς νέοι, ἥ δὲ παλαοί,
 πολλά δὲ τέρπνα παθῶν ἔρχεται εἰς αἰδῶ.
 γκράσκων δ' ἄσοισι μεία πρέπει, οὐδέ τις αὐτὸν
 βλάπτει, οὐτ' αἰδῶς οὐτε δίκης ἐθέλει.
 πάντες δ' ἐν δῶκοισιν ὁμῶς νεοί, οἷ τε κατ' αὐτὸν
 εἶκοσ' ἐκ χώρης, οἷ τε παλαοτέροι.
 ταύτης νῦν τις ἀνὴρ ἀρετῆς εἰς ἀκρόν ἰκέσθαι
 περσάσθω, θυμὸν μὲν μεθιείς πολέμῳ.

τῶ αὐτῶ, ἢ καλλίνε.

μέγχις τοι κατάκειοτε, κότ' ἀλκιμον ἐξίτε θυμὸν,
 ὦ νέοι, οὐδ' αἰδῶσθ' ἀμφὶ πορικτύονας
 ἔσθ' εὖ λίω μεδιέντες, ἐν εἰρῆνῃ δὲ δοκέετε
 ἦσθαι, ἔταρ πολέμῳ γαῖαν ἄπαυαν ἔχει.

καὶ τις ἀποθνήσκων ὑσατ' ἀκονίσάτω.

τιμῆέν τε γὰρ ὄβρι, καὶ ἀγλαὸν ἀνδρὶ μάχεσθαι
 γῆς πέρι, καὶ παῖδ' ὠμὸν, κεριδίης τ' ἀλόχου.

δυσμετα

Hoc dolor acris agit iuuenes pereunte, senesq;
 Vrbs desiderio totaq; tacta gemit.
 Busto cuius honos manet, & sua fama nepotes,
 Natorumq; genus sera propago trahit.
 Nec decus huic clari perit ullo nominis auo,
 Quo, cum terra tegit, nescius ille mori est.
 Quem Mars præstantem, atq; ausum huius adire tua
 Pro patriæ orbe neci, progenieq; dedit. (multus,
 Effugit hæc quòd si post acta pericula mortem,
 Victorem meriti gloria quanta manet?
 Hanc iuuenum magno dignatur honore, senumq;
 Turba, bonisq; orbem pluribus usus adit.
 Hunc senio curant confectum, ac lædere ciues
 Nolunt, & tribuunt iusq; fidemq; uiro.
 Cedunt huic iuuenes uicini, huic cana senectus
 Sponte locum, & sedem, cum uenit ille, suam.
 Astius ergo decet superare cacumina laudis,
 Præsentiq; geri pectore Martis opus.

Alia Tætæ, et Callini.

Quò uirtus uestra usq; iacet, uigor unde redibit
 O iuuenes, hostem nil tolerare pudet?
 Ebria mens adeo est, ut uos in pace putetis
 Nunc positos, bellis cum loca nulla uacent.
 Ergo quis aduersum nunc arma capeisset in hostem,
 Et mittet moriens ultima tela manu?
 Laus est pro patrijs armari maxîma regnis
 Adserat ut natos, coniugijq; decus.

ΤΥΡΤΑΙ

Δυσμοίσιρ. Δάνατος δ'έ ποτ'έωσιη, ὅπποτε κίρ δ'ἔ
 μοίρα δ'έπικλώσωσ' ἀλλά τις ἰδυεῖ ἴτω,
 ἔγχεσ' ἀναχόμεσθε, κηλ' ἔσ' ἀπιδ' ἄλκιμον
 ἔλσας τὸ πρῶτον μίγνυμλινε πολέμω. (ἦτορ
 οὐ γάρ κωε δάνατόμ γε φυγεῖν εἰμαρμλινον ὄσιμ
 ἄνδρ', οὐ δ'ἔσ' προγόνωμ ἢ γῆσ' ἀδανάτωμ.
 πολλάκι δ'ἠϊοπῆτα φύγομ κηλ' δ'ἔπομ ἀκόντωμ
 ἔρχεται, ἐν δ' οἴκω μοίρα κίχεν δανάτω.
 ἀλλ' ὁ μ' οὐκ ἔμπαρ δ'ἄμω φίλθε, οὐδ'ε ποθανός,
 τὸμ δ' ὀλίγησ' σνάχα κηλ' μέγασ' ἰὺ ἔ πάδι.
 λαῶ γῆρ' ἐξυμπαν' ἔπ' ὀσθ' κρατορόφρονθε ἄνδρ' ὄσ'
 διήσκονθε, ζώωμ δ' ἄξιθε ἡμιδιέωμ.
 ὅσπορ γάρ μιν πύργωμ ἐν ὀφθαλμοῖσιρ ὄρῶσιρ,
 ἔρ' εἰ γαῖρ' πολλῶμ ἄξια μοῦσθε ἔωμ.

τοῦ αὐτοῦ.

Αλλ' ἦρα κηλ' γῆρ' ἀνίκητομ γῆσ' ἔσε,
 δαρσῆτ', οὐπω ζενεσ' ἀνχένα λοξὸμ ἔχα.
 μὴ δ' ἀνδρῶμ πληθῶν δειμαίνετε, μηδ'ε φοβεῖσθε,
 ἰδυεῖ δ' ἐσ' προμάχομ ἀπιδ' ἀκίρ' ἔχέτω.
 ἐχθρὰμ μλιν' ψυχλῶν δέμλινθε, δανάτω ἢ μελαίνας
 ἀνγαῖσιρ κῆρας ἠελίοιο εἰλασ.
 ἴσε γῆρ' ὡε ἀρεωε πολυδακρύτω ἔργ' ἀρίδ'ηλα,
 ἐν δ' ὄργλῶν ἔδ' ἀκτ' ἀργαλέεσ' πολέμω.
 κηλ' μετὰ φθνγόντωμ τ'ε δ'ιωκόντωμ τ' ἐγγίεσθε,
 ὡ νεοῖ ἀμφοτέρωμ δ' εἰε κόρομ ἠλάσατε.
 οἱ μὲν γῆρ' πολμῶσι πρ' ἀλλήλοισι μλινοντεσ,
 ἐσ' ἀντοχιδίλω κηλ' προμάχομ ἰένω.

πανυρῶε

Mors aliàs, non bella gerat licet, imminet ultrò,
 Cum Parca statuant, quem uoluère, diem.
 Muniti clypeo robustum pectus ahenò
 Obijciant hastas, cum furor arma mouet.
 Lege licet nulli fàtorum euadere mortem,
 Sit soboles superæ stirpis alumna licet.
 Forte minas belli, & stridentia tela per auras
 Qui fugit, hunc prensum mors necat atra domi.
 Sed nec amore pari urbs, nec desiderio excipit illum,
 Laudem ceu populi totius alter habet.
 Vrbs desiderio quo tota iacente laborat,
 Hunc & semideis annumerare solet.
 Ceu turrim ante oculos altam quem penè tuentur,
 Nam, multi poterant quæ minus, unus obit.

Alia Tyrtæi.

Que uos esse probent genus Herculeum, edite uires,
 Vobis ira Iouis nulla recusat opem.
 Agmine stipatas ne formidate cateruas,
 Dirigite in primos ærea scuta uiros,
 Temnite nunc animas, uitamq; efflare sub auras,
 Quas radij illustrent Sole micante, iuuat.
 Martis opus dubio ferri lacrymabile casu
 Nostis, & hunc pugnas quæ iubet ira sequi.
 Sæpe fugam uisi dare, sæpe reducere palmam
 Estis, utroq; labor uos saturasse potest.
 Ergo manent casus cunctis qui uiribus omnes,
 Et, quos primus habet comminus ordo, petunt:

ΤΥΡΤÆΙ

παυρόττοροι θνήσκουσι, σάουσι δὲ λαὸν ὀπίσσω,
 τριωάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἄριστ'.
 οὐδ' εἰς δ' ἄν ποτε ταῦτα λέγωμ ἀνύσειν ἕκαστα,
 ὅσα ἄρ' ἀίχρᾶ πάθη, γίνεται ἀνδρὶ κακά.
 ἔργαλέομ γὰρ ὅπως μετὰ φρονόμ' ὅστι δαίριον,
 ἀνδρὸς φεύγοντ' ὀπίσσω ἐν πολέμῳ.
 εἰχρὸς δ' ὅστι νέκυς κατακείμευτ' ἐν κοίτῃ
 νῶτον ὀπίσθ' ἀιχμῆ δούροσ ἐλκλαμύτ'.
 ἄλλὰ ἄε εὔ διαβάς μλυέτω ποσίρ ἀμφοτέροισι,
 σκριχθεῖς ἐπὶ γῆς χεῖλυτ' ὀδοῦσι δακῶμ.
 μηροῦς τε κνήμας τε κάτω καὶ ἔξῃνα καὶ ὦμοῦς
 ἀσπίδ' εὐρείης γαστρί καλυψάμλυτ'.
 δεξιτόρῃ δ' ἐν χερσὶ λυασέτω ὄβριμον ἔγχυτ',
 κινεῖτω δὲ λόφομ δεινόμ ὑπὲρ κεφαλῆς.
 ἔρδωμ δ' ὄβριμα ἔργα διδασκείτω πολεμίζων,
 μηδ' ἔκτοσ βελέωρ ἔσάτω ἀσπίδ' ἔχωμ.
 ἄλλὰ ἄε ἐγγυὲς ἰὼμ ἀυτοχεδόν ἔγχει μακροῦ,
 ἢ ξίφει οὐτάζωμ δῆϊον ἀνδρ' ἐλέτω. (σαρ-
 κ) πόδα πρὸ ποδὶ δεικ, ὅτ' ἐπ' ἀσπίδ' ἀσπίδ' ἐρείη
 ἐν δὲ λόφομ τε λόφω, καὶ κινεῖτω κινεῖη.
 καὶ ἔξῃνον ἔξῃνω πεπαλυμύτ' ἀνδρὶ μαχέοτω,
 ἢ ξίφετ' κώπλυ, ἢ δόρυ μακροῦ ἐλώμ.
 ἡμεῖς δ' ὦ γυμνήτες ὑπὸ ἀσπίδ' ἄλλοθεν ἄλλοτ'
 πῶσόντες, μεγάλοισ βαλλίτε χερμαδίοισ,
 δόρασί τε ξυστοῖσιρ ἀκοντίζοντες ἐς αὐτοῦς,
 ταῖσι παροπλείαμε πλοσίον ἰσάμλυοι.

τὸ αὐτῷ

Horum se plures seruant, patriosq; penates,
 Fracta metu uirtus robur inane trahit.

Ac tantam uim nemo potest aperire malorum,
 Cum fœdo iungi quanta timore solent.

Triste coacta metu dare terga sequacibus armis,
 Et grassante leuem Marte subire fugam.

Prostratum in faciem quam uisu inuane cadauer,
 Cuius hiant multo uulnera dorsa, uiri!

Ergo pedem terris quis figat utrumq; manendo,
 Mordicus infixo labraq; dente premat:

Crura, femurq; tegi, pectusq; hamerosq; ualentes,
 Omnem umbone feram uim prohibente, decet.

Dextra manus ualidam uibrando torqueat hastam,
 Terribilem cristam concutiatq; caput.

Egregios belli quis discat obire labores,
 Nec teneat clypeum qua nihil arma timet.

Ue propinquantem ferri petat acrius ictu
 Hostem, seu stricto fauciet ense suum.

Et iam constipate pedem pede, scutaq; scutis,
 Ac galeas galeis ritè, iubaq; inbis.

Consertoq; uirum iam pectore sternat humi uir,
 Dum capit aut hastam, seu ferit ense manus.

At leuia est quorum labor hostibus arma minari,
 Grandia pugnaci spargite saxa manu.

Spicula tum ualidis torquete polita lacertis,
 Stantes, tentat ubi rem cataphracta cohors.

ΤΥΡΤΑΙ.

τοῦ αὐτοῦ.

τινῶνά μιν αἰὲς καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα
 ἐνδὲ ἀγαθόν, παρὶ ἢ πατρίδι μαρνάμενον.
 οἷόν δ' αὐτῷ προλιπόντα πόλιμ καὶ πίονας ἀγρούς
 πτωχύνειν, πάντων ἔς' ἀνικεστότατον.

πλαζόμενον σὺν μητρὶ φίλῃ καὶ πατρὶ γέροντι,
 παῖσί τε σὺν μικροῖς, κρηίδ' ἢ τ' ἀλόχῳ.

ἔχθρὸς γὰρ καὶ τοῖσι μετέσεται, οὐς κεν ἴκηται
 χρῆσιμοσάνη ἢ ἴκωρ καὶ συγῶν περὶν.

ἔιχάωσ' τὲ γῆϑ, καὶ δ' ἀγλαὸν εἶδ' ἔλεγγε,
 παῖσα δ' ἀτυμῖα καὶ κακότης ἔπιται.

εἴθ' οὕτως ἀνδρῶς τοι ἄλωμνός, οὐδὲ μὴ ὥρῃ
 γίνεται, οὐτ' αἰδῶς εἰς ὀπίσω πλέθει.

δυμῶ γῆς παρὶ πῆδε μαχώμεδα, καὶ παρὶ παῖδων
 θυήσκω μου, ψυχέων μηκέτι φειδέμενοι.

ὦ νέοι. ἀλλὰ μάχεσθε πρὸ ἀλλήλοισι μνύοντες,
 μηδὲ φυγῆς αἰχρᾶς ἄρχετε, μηδὲ φόβος.

ἔλλ' ἔ μέγαυ ποιεῖτε καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ δυμῶν,
 μηδὲ θλοφυχῆ τ' ἀνδράσι μαρνάμενοι.

τοῦδ' παλαιότερους, ὧρ οὐκέτι γούνατ' ἐλαφρὰ,
 μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γούραλούς.

αἰχρῶν γὰρ δὴ τοῦτο μετὰ προμάχοισι πεσόντων
 κῆσθαι πρόθε νέον ἄνδρα παλαιότερον.

ἦδη λυγρόν ἔχοντα κάρη, πολιοῦν τε γῆυσον,
 δυμῶν, ἔπεπνεῖον ἄλκιμον ἐν κονίῃ.

αἰ ματόσῃ αἰδοῖα, εἴλαις ἐν χερσὶν ἔχοντα
 αἰχρὰ τέ γ' ὀφθαλμοῖς καὶ νεμεισητῶν ἰδῆν.

καὶ

Alia Eiusdem.

Pulcra mori laus est in pignantum agmine primo
 illum, pro patrio qui gerit arma solo.
 At qui linquit agros patriam cum pinguibus urbem
 Mendicans, graue nil huic magis esse potest.
 Qui cum matre cibos, canoq; parentis per orbem,
 Cum natisq; suis, coniugioq; petit.
 Hoc uelut hoste pauem, quoscunq; frequentat, amici,
 Paupertas odio cuiilibet esse facit.
 Et genus illa graui, formamq; pudore fatigat;
 Nullus honos illam, tristia multa manent.
 Hoc miser esse modo qui coepit, ad omne laborat
 Tempus, & huic homines ferre uerentur opem.
 Ergo animo patriam forti, natosq; tueri,
 Nec fragili uitae parcere iure decet.
 Viribus o iuuenes iunctis nunc edite pugnas,
 Nemo metu turpem tentet mire fugam.
 Praesenti uirtus animo nunc concitet iram,
 Praelia non uitae linquere cogat amor.
 Neue uiros, quorum nunc membra senilia languent,
 Desertos socie turba relinquat opis.
 Est uisu quia foedum, acies quem prima tenebat,
 Ante pedes fusum cedere iacere senem.
 Cui caput est nucum, canis cui barba renidet,
 Lumine quem cassum, & robore puluis habet.
 Quiq; cruenta manu attrectante uirilia condit,
 Nil oculis illo foedum esse potest.

SOLONIS

καὶ χροὸς γυμνωθέντα. νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν,
 ὄφρ' ἄρα φηί ἤβης ἀγλαὸν ἄνδρ' ἔχει.
 ἐνδράσι μὲν θνητοῖσιν ἰδέσθαι, ἐρατὲς δὲ γυναιξὶ
 ζωὸς εἶναι, καλὸς δ' ἐν προμάχοισι πεισῶν.
 ἀλλ' ἄγε εὔδιαβάς μινέτω ποσσὶν ἀμφοτέροισι
 σπριχθεῖς ἐπὶ γῆς, χαλῶ δ' οὔσι δακῶν.

ΣΟΛΩΝΟΣ ΕΛΕΓΓΕΙΩΝ
 συλλογή.

Μνημοσάνης ἢ ζωὸς ὀλυμπίας ἀγλαὰ τέκνα,
 μήσσαι πιθίδεις κλυτὴ μοι εὐχομηνύω.
 ὄλοβον μὲ πρὸς θεῶν μακάρων δόπτε, ἢ πρὸς ἀπάντων
 ἀνδρώπων αἰεὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθῶν. τῶν
 εἶναι δὲ γλυκῶν ὡς φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρῶν,
 τοῖσι μὲν εἰδότορ, τοῖσι δ' ἐναντὶ ἰδέσθαι.
 χημάτων ἡμείρω μὲν ἔχων, ἀδίκως δὲ πεπαῖσθαι
 οὐκ ἐθέλω. πάντως ἕσθρον ἦλθε δίκη.
 πλοῦτον δ' οὐ μὲν δῶσι θεοὶ πρᾶγινεται ἀνδρῶν
 ἐμπεδός, ἐκ νεότης πυθμηνύω εἰς κορυφῶν.
 οὐ δ' ἀνδρῶν ἡμῶσιν ὑφ' ὑβριῶν, οὐκ ἦν κόσμος
 ἔρχεται, ἀλλ' ἀδίκοις ἔργμασι παιδομηνύω
 οὐκ ἐθέλωμ ἔπεται, ταχέως δ' ἀναμίσγεται ἄτης
 ἀρχὴ δ' ὅζ' ὀλίγου γίνεται ὡς πυρός.
 φλαύει μὲν δ' πρῶτον, ἀνιηρὸν δὲ τελόντα,
 οὐ γὰρ δὴ θνητοῖς ὑβριῶν ἔργα πέλει.
 ἀλλ' ἄγε μὲν πάντων ἐφορᾷ τέλω, ὅζ' ἀπίνης δὲ
 ὡς ἀνέμος νεφέλας αἴψα διασκέδασεν.

ἡρινός.

Corpore si nudo iacet. Ac rem etate iuuentam
 Omnia, dum ualet hæc flore uigente, decent.
 Ut spectare uir hanc uirtutem, et foemina possint.
 Ordine uir primo non sine laude cadit.
 Ergo pedem terris quis figat utrumq; manendo,
 Mordicus infixo labraq; dente premat.

SOLONIS CARMINA.

Elegiaca.

Mnemofynes, summûq; Deæ Iouis inelyta proles
 Pierides, ceptis ferte precamur opem.
 A Diis uestra mihi felicem gratia uitam
 Impetret, et famam laudis ubiq; precor.
 Sim grauis osori sine re, iucundus amico,
 Hic colat, ille mei palleat usq; motu.
 Opto diuitias mihi sed sine fraude repertas;
 Tempore sera licet poena sequente uenit.
 Quas largitur opes Deus, has corroborat idem,
 Funditus ad summum quas cumulare solet.
 At quas impostura parit, non rite teneri,
 Siue mala famæ labe carere solent.
 Quæ nec sponte uigent, redigiq; in damna laborant,
 Principium flammæ mox pereuntis habent.
 Desinit in duros leuis olim noxa dolores,
 Non impune diu facta nefanda morant.
 Iupiter ipse notans finem citò dissipat auras,
 Ceu nubes Zephyro discutiente solent.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

PHILIP. MELANTH.

Mus brevis & saliens in gurgite Rana palustri,
Dum nulla caussa praelia stulta cient:
Fulmineo pugnas Iouis ira fragore diremit,
Et tandem fugiens agmen utrumq; perit:
Sic modo dira serunt ex bellis bella Tyranni,
Nec res, sed cœcos armat utrinq; furor.
Pestiferiq; magis Thebana Sphinge Sophistæ
Verba uenenato friuola felle linunt.
Aspicit hæc uindex oculis Deus omnia iustis,
Nec, graue cum sparget fulmen, inermis erit.
Gnate Dei bonitate tua mala tanta leuato,
Et serues cœtus Christe regasq; pios.

ERRATVM.

Pag. A. facie 15. Versu 18. lege pro iam à.

Pag. B. facie 12. post Distichum tertium adde
hos uersus.

Tanta uiro nulli contingunt, quanta quis optat,
Fert impossibili sepe labore malum.

